





Q. D. B. V.  
**DISPUTATIO  
THEOLOGICA**

DE

MODERNIS VISIONIBUS & VISIONISTIS,

Quam

Annuente divina Gratiâ

In consuetâ Dioeces. Qverf. Synodo,

Cui dictus est

Dies 12. Octobris

**ANNI M DC XCIII.**

Sub Præsidio

**JOHANNIS SCHWARZII,**

S. S. Theol. Doct. & Superint.

Placidæ totius Confraternitatis

ventilationi

subjicit

& ad defendendum suscipiet

Responsurus,

**THEODORUS FERBERUS,**

Pastor Leimbachiensis.

---

ISLEBII,

Typis Diezelianis. **X X X VI.**

# In Nomine JESU!

§. I.

**A**ntiquam ludit fabulam communis humani generis impostor & quod a condito mundo machinatus est, hodiernum machinari nec dum cessat. **Visionibus** Protoplastos in Paradiso decepit, quo minus verbo divino inharrerent, **Genes.** III. I. 4. nec intermisit idem per totum utriusque Testamenti decursum, quin subinde falsos subornarit Visionistas, per quos a verbi divini cultu Cultores forsitan dimoverentur. Ecquos in V. T. non inflavit Prophetastros, **I. Reg.** XIII, 18. 19. c. XXII, 6. sqq. **Job.** IV, 12. 1qq. Quorum multo plures fuisse, tum ex aliis Scripturæ locis, tum ex gravissimis **DEI** querelis, **Jer.** XIV, 14. c. XXIII, 21. appareat. Omnes profectò in veritatis divinæ fraudem! Videlicet, quoad tunc temporis nec dum illud auctoritate fiduci principium per literas erat expressum atque ideo pro diversâ tamen Ecclesiæ facie subinde in Viris θεοπνευστοῖς erat lumen illud propheticum reperendum & augendum, hinc egregiam nactus est pater mendacii occasionem, sub specie Visionum fallendi Fideles. Videtur proinde, quoniam non ratio prius temporibus obtinuit, quod voluit, imposturam **Visionum** quasi in consuetudinem traduxisse; sit licet in N. T. Canon sacer per θεοπνευσίαν absolutus & consummatus, idque propter omnis **Visionum** usus tantum non prorsus explosus, ut nihilo segnitus eandem scenam efformare contendat.

§. II. Fuisse qvid Visiones circa & post Apostolorum tempora non insolitas, sufficienter in Sacris Acta Apostolor. c. IX, IO. X, 3. XI. 27. XIII, 9. X. VI, 10.  
xliii.

XIIX, 9. XXI, 9. XXIII, 12. XXVII, 23. 24. itemq;  
Epistolæ Gal. I, 12. c. VI, 2. II. Cor. II, 5. qvin &  
tota Apocalypsī per hibent. Nec obscurum est  
idem ex Historiâ Ecclesiasticâ. Lactantius Lib. 8. c. 2.  
narrat Paulum & Petrum exitium Hierosolymitanum  
prænunciasse & quid per idem Judæis adversum futurum.  
Ecclesiam quoq; Hierosolymitanam paulo ante excidium  
illud trans Jordanem ad oppidum, Pellam nomine, respon-  
so prius à DEO accepto, migrasse, legitur apud Eusebi-  
um Lib. 3. Hist. Eccl. c. 5. Idem etiam Libr. 4.  
cap. 18, de Justino Martyre recenset, scripsisse ipsum,  
quomodo ad sua usq; tempora Prophetiæ gratia in Eccle-  
siis floruerit. Irenæus Polycarpi Discipulus & Episco-  
pus Lugdun: Lib. 2. contra Gnosticos de pluribus  
divinæ & admirandæ virtutis indiciis differit. Imprimis  
in Dialogo contra Tryph: ita scribit: alius qui-  
dem accepit Spiritum intelligentiæ, alius consi-  
lli, alius veritatis, alius sanitatis, alius Prophetiæ,  
alius doctrinæ, alius timoris. Quomodo Ignatio  
a bestiis lacrando vox è cœlo facta: Fortis esto, Po-  
lycarpe & viriliter age! quam etiam non pauci au-  
dierunt, recenset Smyrnæorum Epistola de Mar-  
tyrio Polycarpi apud eundem Euseb. L. 4, c. 15.  
De Cypriano Episcopo notissimum est, quantum in se-  
culo tertio circa ann: Dom. CCLIX visionibus cla-  
ruerit. In seculo quarto Antonius Eremita Ægypti-  
us, tum propter lumen propheticum, tum propter decan-  
tam devotionem literis Imp. Constantini M. dignabatur.  
Vid: Eusebius Lib: X, hist: eccl: c. 8. & in Chron: ad

A 2

app:

anno : Domini, CCCXXXIX. Nec in seculo qvinto Lu-  
men illud prorsus disparuisse , testis est Theodoretus  
in cap. II, Joel: Imo in seculo sexto & septimo nonni-  
hil scintillasle idem ultro fatemur. Videlicet qvoad usq;  
nunc Judæi ad christianam fidem convertendi ; nunc gen-  
tiles, alloqvia divina Doctoribus Ecclesiæ fiebant, idq; ad  
facilius infringendas dæmonis fraudes, viresq; utut pro-  
pter Canonem fidci completum nihil necessaria fuerint.

S. III. Attamen ignotum non est, qvot qvantisq; lu-  
dibriis non paucis diabolus impoſuerit, vel solus Papatus  
sat testimonii erit, ubi idem omnino juxta II. Thessal.  
**II, v. 8.9. 10.** Secundum operationem Satanæ in  
omni virtute & signis & prodigiis mendacibus  
& omni seductione manifestatus fuit. Consulatur  
modo B. Gerhardi Confessio Catholica, L. I. part.  
2,c. 17. de revelationibus & apparitionibus.  
Itemq; Centuriatores Magdeburg. Cent. VIII,  
**c. 13. de mirac. p. 870.** & Cent. XI, c. 13. p. 672.  
Wolfii Memorab. Ration. Cent. 8.p. 197. Tantum qvip-  
pe crevit deceptio per Visiones, tantum amor expeten-  
darum Visionum, ut qvia hoc pacto orthodoxa fidei do-  
ctrina non parum exstingvi cepit, pleriq; qvosvis rumo-  
res temere exortos pro veris & indubitatis amplecten-  
tur. Eaq; propter Bernardus, Clarevallensis Monachus,  
**Visionibus in Seculo XII.** etsi clarus, easdem in hunc  
modum detestando scripsit, sermon. 2. super cantic.  
**Merito Visiones & somnia non recipio, figuras**  
& ænigmata nolo, ipsas qvoq; angelicas species.  
**Qvippe ut illas longe superat JEsus specie suâ &**  
pul-

pulcritudine suā. Non ergo aliū, sive Angelū, sive hominem, sed ipsum peto osculari me osculo oris sui. Frequentia quoq; falsarum Visionū, maximē ubi in Concilio Constantiensī exēdem jaētitarentur, incitavit non minus insigniter eruditum, qvam id propter celeberrimum quoq; Cancellarium Parisiensem Johannem Gersonem, ut fictitium istum Phosphorum publico scripto, anno, 1493. inseparetur, in qvo interalia sic scribit: Non nego, qvod superstitionis & vana & illusoria deliria hominum, facta & somnia, nec non ægrotantium & Melancholicorum portentosas cogitationes revelationibus abscribant. Qvamobrem postea certa γνωστικὰ & κείμενα designat, secundum qvæ spuriæ à genuinis, fictæ a veris commode dextreq; discerni possint.

S. IV. Quemadmodum itaq; nunquam non varias formas infernalis iste Polypus induit, atq; nunc apertis & manifesto falsis crassisq; superstitionibus orthodoxiam infestavit; nunc opertis h.e. speciosis fraudibus & technis, nonnunquam etiam verba divina simulans, quasi in angelum lucis se transformavit, II, ad Corinth. XI, 14. Hostis ideo quanto speciosior, tanto nocentior: Sic eandem instruxit telam cum primis in superiori seculo, qvam longe impensis in præsenti protelavit. In illo pri-mordia tentavit, per Nicolaum Storch/ Conciona-torem Zwickaviensem, Anabaptistarum Patriarcham & Choragum, cujus suorumq; Seßatorum doctrinā non nisi immediatas revelationes jaētitabat. Vid. Sleidanus Lib. 6. Commenr. de statu relig. & Reipubl. p. m. 150, & Lib. 10. p. 267. Pollicem huic premebat

A 3

Carl

**Carlstadt, & Thomas Müncerus**, qvorum ille erat  
Theolog. Doctor & Archi-Diaconus Witteb. tantum au-  
tem à fanatico lumine movebatur, ut muneri clam renun-  
ciaret & Orlamundam confugeret, haut alio fine, qvam ut  
sua somnia ac deliramenta tanto securius disseminaret, de  
qvo consulatur B. Lutherus, Tom. 3. Jhn. Germ.  
fol. m. 49; Hic autem erat **Concionator Altstetensis**,  
& qvas turbas excitavit sub divinarum revelatione m  
prætextu, qvatenus etiam seditionis rusticis se associavit, ut  
id propter captivus capite plesteretur, apud Sleidanum  
loc. cit. Lib. 3. p. 72. & B. Lutherum Tom. 3.  
Jen. Germ. fol. 104. sqq. videri potest. Successit  
paulo post **Caspar Swenkfeld**/Nobilis Silesius, qvi  
cum vix anno 1526. ad Theologiam animum applicuisse,  
novos libellos consignare atque vulgare cepit, in qvibus  
pleraque sua dogmata ex ficto qvodam interno Sabbatho  
h.e. Enthusiastico eructare conatus est. Statuit enim,  
qvod homines abdicatis & excussis animo suo cogitatio-  
nibus studiose & pertinaci otio dum quiescant, supernos  
& internos afflatus excipiant. Conferatur ejus ipsius  
Tom. I. Epist. 58. p. 561. Et qvi ejus deliria refutant  
ac refutando enarrant, B. Lutherus Tom. 8. Jhn. Germ.  
fol. 192. sqv: **Osiand.** Hist. Eccl. Cent. 16.l. 2.c. 3'  
**Micrael.** Syntagm. Hist. Eccl. l. 3. sect. 2. de. Hæ-  
ret. in Lutherano seculo, p. m. 859. & p. 793.  
**Hornbec.** in summ. Controvers. l. 6. de Enthu-  
siast. & Libert. p. 438. p. 446. sq. Præsentis seculi ex-  
ordium statim exceptit Jacobus Böhme/Sutor Görli-  
censis, qvi anno 1610. immediatam μαυρην jaicitabat, hu-  
jus inquitu varia scripta vulgabat, qvæ hodienum (nescio  
qvibus

qvibus ex causis!) a multis probantur & suspiciuntur.  
Nec segnius idem portentum tractarunt anno 1612.  
Valentinus Weigelius, Pastor Zsopensis, & anno 1638.  
Johannes Werner, rusticus Misnicus, cujus vestigia  
seqvebatur Georgius Reichard, Ludimoderator in  
 pago Rocs, tantæ erat hic audaciæ, ut librum, qvem de  
 multis Visionibus sibi factis compilarat, Serenissimo  
 Duci Altenb. Domino Johanni Philippo offerret. Sed  
 cum eundem hinc inde disseminare studeret, per con-  
 fiscationem publicam prohibeatur, prout ista legi possunt  
 prolixè apud D. Arnoldum Mengeringium in In-  
 formator: Conscient. Evang. Dom. 25. p. Tri-  
 nit. n. II. qvæst. 2. & 3. p. IIIO. sqv. Itemq; Wit-  
 tenberg. Theologosin Consil. Tit. von neuen  
 Propheten p. 804. sqq. Postquam enim D. Jaco-  
 bus Fabricius, Superintendens Stetinensis Visiones  
 immediatas & in specie Wernerij defendere aggres-  
 sus esset, contra eundem laudati Theologi judicium anno  
 1643. d. 13. Julii vulgarunt. Circa annum 1615. Frater-  
 nitas Roseæ Crucis eadem somniavit ludibria, nec mi-  
 nus anno 1653. Antonia de Bourignon, item Jo-  
 nes de Labadie, aliiqve. Imprimis anno 1656. <sup>in</sup> Qvackerorum  
 in der historischen und schriftmäßigen Erklärung der neuen  
 Ecte der Qvacker cap. 1. gliscere ceperunt, de hinc migrarunt  
 in Pataviam atque Germaniam, qui quantiq; sint, multis in  
 locis coram videre contingit. Fusiora de his, vide sis apud  
 Dn. Ehr-Gott Danielem Colbergium in seinem  
 Platonischen Hermetischen Christenthum/c. 5. sqq.  
 s. v. Qvantquam igitur ejusmodi satanicis ludibriis

MUD

nunquam non masculine fese opposuerint cordati ortho-  
doxi Theologi, atq; istarum Visionum nunc vanitatem  
nunc periculositatem satis luculenter ostenderint: tan-  
tum tamen abest, ut ab iisdem abhorreant moderni Pie-  
tistæ, qvin ex eorum Schola hoc virus denuo ebullire ei-  
demque nonnulli sine fronte suffragari videantur. Neque  
enim ignotum est, qvid immediatis illuminationi-  
bus tribuant? qvid ecstaticis? qvid Bohemii Libris  
& qvomodo hos defendant, et si, qvem SPIRITUM ha-  
beant, sc. Qvackerianum, tum verborum rerumque  
obscuritas tum dogmatum multorum impietas non obscu-  
rè doceat, veluti hæc omnia fusissime demonstravit B.  
**Dn. D. Calovius** in Anti-Bohemio? Ut autem con-  
stet, qvo quantoqve ludibrio jactentur, qvotqvot aut  
ejusmodi Visiones attendunt, aut pro iisdem conten-  
dunt, & qvomodo sub specie cujusdam divini Φωτισμοῦ cœ-  
cutiant, nonnihil fusi σὺν θεῷ, indagabimus.

**§. VI.** Et in offenso pede qvo progrediamur qvædam  
ad statum controversiæ recte formandum præmoneamus,  
non solum commodum, verum etiam necessarium est. Ni-  
mirum VISIO hic non accipitur, nisi qvatenus pro  
spirituali seu mentali supponit & revelationi divi-  
næ qvoad rem respondet, qvocunque modo licet hæc  
fiat, scil. voce sensibili, somnio speciebus ecstati-  
cis aut ἡρπετιστικ qvemadmodum hos modos descriptos  
sis videoas apud Dn. D. Joh. Olearium, Theol. uni-  
versal. 2. de Theol. posit. artic. 4. p. 203.  
Dedekenn. Vol. I. Thes. Consil. & Decis. Theol.  
Part. 2. Sect. I. n. 5. p. 383. Dorischeum Theol. Za-  
char. part. 2. p. I. sqv. B. Dn. D. Qvensted: An-  
tiqv.

tiqv. Bibl. & Eccl. Num. I. de Prophet. p. 4. sqv.  
Quid? qyod termini Visionis & Révelationis  
promiscue usurpentur & reciprocentur Apoc. I, v. I. 13.  
17. 19. 20. & Revelatio divina, titulo Visionis  
venditetur, juxta Es. I, I. Amos, I, I. 2. Mich. I, I. Ha-  
hab. I, I. Nec terminus ἡλαυψεως f. illuminationis  
a præsentis loci VISIONE discrepat, qvin Apoc. I, 10.  
Johannes videns in Spiritu esse dicatur; qvid vero  
hoc aliud est, qvam divinitas illuminari? qvatenus tamen  
illa sensu propheticō & Apostolico intelligitur, & actionem  
Spiritus S. de signat, qvā hic per species in-  
tellectui supernaturaliter infusas; vel si in intel-  
lectu præextiterint, super naturaliter excitatas,  
elevatas & ad eliciendam cognitionem rerum  
supernaturalium applicatas Viris sanctis ( nem-  
pe Prophetis sub v. & Apostolis sub. N. Tmo, )  
qvæ illis nota fieri vellet, manifestabat, sensuum  
operatione salva & non impedita, ut accuratè ipsam  
de scripsit Dn. D. Joh. Olear. Prof. Publ. Lips. in  
peculiari disputat. de Illuminat. anno 1687. hab.  
§. VII. Est itaq; Visio hoc loco nihil aliud ( ut cum B.  
Franzio Disp. 4. Schol Sacrif. Thes. 25. p. 71.  
„loq; amur) qvām cognitio revelationis divinæ factæ de  
„DEI voluntate, l. de rebus futuris, per objectas visibiles  
„figuras aliquas, idq; ve sive ecstaticis, sive somniantibus,  
„sive alia ratione,

§. VII. Atq; ve ita facile colligitur, h̄c nobis nihil ne-  
gotii esse ( r ) cum Propheticā s. visione naturali,  
h.c, rationali conjectura, qvā ex contingentī aliq; vid.

B

con-

concluditur , qvod olim futurum & Astrologis aliâs familiaris est; sed de supernaturali, qvæ ex speciali divinâ revelatione perhibetur facta. Priorem sane minime repudiamus, eidem dummodo absolute necessitas non tribuatur. De posteriori tamen idem judicium ferre non possumus.

**S. VIII.** Nec (2) de Visione ordinariâ atqve immediatâ hîc loquimur, qvâ è Scripturis S. tanquam ex ordinario medio innotescit, qvid DEO nobis ad salutem scitu credituq; necessarium dedit & voluit revelatum. Hæc Scriptura, ut θεόπνευστος est, atqve per revelationem in literas redacta est, sic hodienum ejus interpretatio eorum- qve cognitio, qvæ in illa nobis ad salutem sunt revelata, citra specialem Spiritus S. concursum acquiri nequeunt. Prius testatur Petrus II, Epist. I, 21. scil. qvod non sit idias ἐπιλύσιας, ut ea propter Habitus facer Hermeneuticus merito pro ἀεροδότῳ habeatur: Qvem ideo etiam in B. Lutherø tanquam plane singularem miratur Erasmus, ut statueret post tempora B. Lutheri meliorem Lutherø interpretem non fuisse. Conf. Die Hampi Berthaidig: des Augapfels p. 820. Qvod itidem non sit idias ἐπιμνήσιας ex Joh. VI, 14. I. Cor. II, 14. II Cor. 3, 5. Matth. 16, 17. qvin & ex Emaunicorum Discipulorum exemplo Luc. XXIV, 45. abunde constat.

**S. IX.** Multo minus (3) de Visionibus Prophetarum Vet. & Apostolorum N. T. eorumq; in seculis prioribus, Successoribus. Nam qvod illi ex immediatâ οράσει nunc prophetarint, nunc concionati fuerint, ex II, Petr. I, 21. II, Sam. XXIII, 2. Luc. I. 70. (Conf. II, Tim. III, 16.) luculentum est, qvi id propter communiter בְּנֵי תִּתְּנִית & בְּנֵי רַא I, Sam. IX, 9. & ipsius Elaiæ vaticini-

um **VM** appellantur, eo qvod iisdem revelatio tam lūculenta fieret, quasi res revclandas oculis corporeis & absentia tanquam præsentia cernerent, ut loquitur de **Visione Prophetarum Theodoretus.** Nec minus easdem vel similes ḥęas Apostolis, eorumq; in primitivā Ecclesiā successoribus factas fuisse, ex illis ipsis, qvæ supra § 11. delineavimus, abunde patescit. Hodierno autem tempore easdem adhuc expectandas, ne- dum, qvod jam præsto sint, & fiant, maxime post reformationis novissimæ clarissimum Jubæ (qvicquid sit de radiis qvibusdam nonnunquam olim in superiori caligine Papæ emicantibus, qvos simpliciter nec rejicimus nec negligimus.) ut loquitur B. Danhauerus Lib. I. Consc. part. 2. sect. 2. Dial. 2. Cas. 3. p. 417. nihil solidi in promptu erit, qvod nobis persvadebit.

§. X. Imo deniqvc (4) non de **Visionibus historicis**, qvibus Ecclesiæ aut **Reipublicæ Sors** vel publica l. privata cujusdam privati præformatur atq; prædicitur. Nam tales evenisse, qvin adhuc venturas esse forsan, nemo sanus inficiabitur cum prius etiam solæ prædictiones de B. Lutheri reformatione attestabuntur, v. g. Methodii Græci, Conradi Stifelii Senioris, Andrææ Prolis, Johannis Hilten, Hieronymi Pragensis & Johannis Hussii & aliorum, qvi omnes eorumq; vaticinia videripossunt in **Catalogo testium veritatis** part. I. p. 21. 852. 829. 836. Wolfi Lect. Mem. Cent. 3. p. 43. Cent. 16. p. 1. 4. & 313. Micræl. Syntagm. H. Eccl. l. 3. sect. 2. p. 10. sqq. Qvibus non citra rem accensebit somnium Serenissimi Electoris Sax. Friderici, in qvo vidit Monachum literas in tem-

pto Cathedrali Witteb. scribentem, cuius calamus scriptorius ad Romam usqve pertingebat & coronam de capite Pontificis Romani turbare contendebat, prout idem prolixer recenset B. Dn. D. Johann. Olarius, in der wunderlichen Güte cap. 6. p. 173. sqq. De posteriore non est ut prolixer differamus; qvod tamen, si inter alias qvorundam moribundorum visiones afferremus, satis confirmaretur. At tamen nec ejusmodi VISIONIBUS sine respectu & cautela fidem largiendam esse ne ludibria Satanæ pro revelationibus divinis acceptemus, gravissime monet B. Dn. D. Balduinus Comment. in Epist. 2. ad Corinth. p. 606. Considerandæ inquit, hic res & personæ, qvibus istæ eveniunt: Res, qvæ hoc modo revelantur, non sint ludicræ, sed concernant instructionem de rebus arduis & dubiis, i. commonefactionem de rebus Ecclesiæ & Republicæ gloriam & pacem publicam spectantibus; nec impedian officium vocationis nostræ, qvam DEUS temere mutare non vult. I. Cor. VII, 20. Multo minus sint contra DEUM & conscientiam nostram. Talia enim nullo modo à DEO, qvi sibi semper constat, esse possunt. Personæ sint honestæ, piæ, Deum timentes & honorem ejus serio promovere satagentes: nam in animam malignā non ingreditur Spiritus Domini Sap. I. Cum ergo Visio fertur contra manifestum DEI verbum, cum puritatem fidei evertit, cum seditiones movet, aut ordinationem DEI convellere videtur, cum tranquillitatem conscientiarum

tiarum turbat & ad desperationem instigat, hæc  
certe non est à DEO, sed est lusus Diaboli. Et post  
nonnulla addit: Hunc modum probandi visiones,  
num ex DEO sint? monstravit nobis Scriptura,  
qvæ de Pseudoprophetâ scribit, ei non esse fi-  
dem habendam, etiamsi evenit, qvod prædixit,  
qvia doctrina qvam proponit, non est analoga  
Verbo Domini Deut. XIII, I. sqv. Haecenus B. Viri  
Verba, qvæ sufficenter nos informant, qvid circa visiones  
observandum, ne iisdem decipiamus. Præterea B. Dan-  
hauerus loc. cit. p. 413. ideo etiam Visiones rejicit,  
si, licet in Ecclesiâ orthodoxa fiant, eorum tamen Visiones  
sint plane rudes ac simplices idiotæ; Nam in con-  
corrupto Ecclesiæ statu aliquando excitatos Amosos  
atque Elisæos ex Sacris discimus; Aut si mendaciis I.  
homicidiis Patrem suum sc. Spiritum malignum ipsi indi-  
cent: Veluti superiori seculo Sangalus Anabaptista fra-  
trem suum jugulabat, di titans se voluntatem Patris cœle-  
stis fecisse. Comprobant idem cœterorum Anabaptistarum  
ut & Munceri Tragicæ historiæ & mendaciis & cæribus  
funestæ. Qvanquam, etiamsi aliquid veri Visiones  
prænuncient, necdum sint accipiendæ, qvippe dæmonem  
Sauli verum prædictissimæ ex II. Sam. XXIX, 17. edoce-  
mur. Ex adverso, divinitus qvædam prædicta fuisset, qvæ  
tamen minus impleta, in Ninivitis, qvibus divino jussu fu-  
tura πανολεθέα a Jona prædicebatur Jon. III. cap.  
apparet. Quid non ad imposturam committit fallacissi-  
mus artifex Nunc fallendo non fallit, nunc non fallendo  
fallit, ut cum aliquando securius mendacia loquitur, tan-  
to minus ejus verba in dubium vocentur. Non raro me-

Iancholicis ingeniis ad **Visiones** spurias abutitur. Cauto igitur & nusquam non est opus, ne in **Visionibus** cœcutiamus & fallamur.

**§. XI.** Et quanquam hic l. ille forsan & veras habeat **Visiones** considerandum prius tamen, num & mandatum easdem divulgandi acceperit? quippe à facta revelatione ad ejusdem publicationem & manifestationem minime prona est collectio. Fiunt igitur v. g. Moribundis uti dictum, interdum **Visiones** & Revelationes, num autem ideo vulgantur? ad minimum tam indubitate tantaque erunt audientias, ut iisdem sine dubio obaudire obligemur, perinde ac Scripturis divinis, quarum *ἀνθετικόν* ex certiori *γεωπνευσίᾳ* tum ex aliis, iisque firmissimis *κείλησίοις* firmissime confirmatur. Equidem nihil dubitandum nobis, DEUM hodienum pristinum Visionis charisma largiri posse; dubitandum omnino, num velit? Imo quod nolit, ut ideo **Visiones** attendere atque sine respectu & discretione accipere, minime obligemur, ex sequentibus rationibus indubitato constabit.

**§. XII.** Atque ut in Compendium redigamus totam argumentorum congeriem exhibebit eandem sequens Syllogismus: Qvicquid 1.) est *ἄγραφον*, 2.) *αὐτιγράφον*, „3.) non necessarium, sed otiosum, 4.) inutile, 5.) „periculosem imo perniciosum, 6.) ferè prorsus „in sacris abrogatum, 7.) Hæreticis perquam „familiare, 8.) absurdum, & deniq; 9.) Libris „nostris Symb. indeque *γνωστός*. Orthodoxis Ecclesiæ Doctoribus adversum, illud male attentionatur aut accipitur in Ecclesiâ. Atqui de visionibus dicto modo expositis verum est prius, Ergo

„Ergo & posterius. Major tanta radiat luce, ut eam-  
dem vel qvoad singula membra novella illustrare luce si  
contenderemus, soli lucem addere absurde conaremur.  
Qvod autem expectatio nedum autoritas Visio-  
num modernarum i. ) αγεαΦΘ sit, inde patet, qvia nu-  
spiam in Sacris VISIONES sunt promissæ, multo minus  
jubemur, qvod illas in N. T. ultimis temporibus, canone  
sacro jam ante tot secula absoluto, expectare aut attende-  
re debeamus, Nihil autem præter Scripturam S. in reli-  
gione accipiendum, sentiendum, credendum, faciendum.  
Deut. XII, 8. & 32. Conf. Apoc. XXII, 18. &  
Math. XXIX, 20. Et probandum prius à Visioni-  
stis contrarium. Promissio Joelis II, 28. qvæ com-  
muniter ab his obvertitur, ubi dicitur: Effundam Spi-  
ritum meum super omnem carnem, & prophe-  
tabunt filii vestri & filiæ vestræ; Senes vestri  
somiabunt somnia & juvenes vestri visiones  
habebunt; Sed & super servos & ancillas in die-  
bus illis effundam spiritum meum &c: qvā ἐν Ιο  
in primo Pentecostes die ACTOR. II, 17. præcipue im-  
pleta est, veluti ad hoc ostendendum etiam à Petro inibi  
allegatur. Et qvia tam copiosa erat illa Spiritus S. effusio,  
qvalis qvantaqve à condito mundo non contigit, verbis  
ad illam designandam compositis & qvidem à diversis  
nunc hominum conditionibus ac statibus petitis nunc  
revelandi modis in V. T. usitatis describitur atqve præ-  
formatur; qvandoqvidcm, ut B. Glassius fuse ostendit  
Philol. Sacr. Lib. I, tract. 4. Can. V. p. m. 321.  
talis modus loquendi Prophetis in Sacris non est inusita-  
tus. Imo si dicimus, promissionis attendere velimus, etiam

num ipsam in Ecclesiâ impleri & ad extremum usque diem  
implendam, dicendum ; non quidem ad Visionistarum  
& Enthusiastarum palatum, sed quat : quæ à Spiritu  
S. in Sacris Literis sunt designata mysteria divina , nunc  
multo copiosius atq; frequentius, quam in V. T. factum è  
Sacris prædicantur & exponuntur.

§. XIII. Nec difficulter, 2. ) τὸ ἀντιγενέσθαι probatur de  
modernis Visionibus, si spestemus (α) quod in rebus  
Religionis ad solam Scripturam sacram consulendam re-  
mittamur, Luc. XVI, 29. Johan. V, 3. Esai. VIII, 20.  
Joh. XX, 30. (β) quod Prophetiæ de rebus fidei cum  
Malachia tanquam ultimo Prophetarum in V. T. desie-  
rint, quandoquidem מִתְהַלֵּךְ repente Dominus ad suum  
templum venturus erat. Malach. III, 1. Conf. B.  
Dn. D. Calov. Bibl. illustrat. Proleg. in Prophet.  
Malach. Laurent. Fabric. in Partit. Codic. Hebr.  
c. 19 p. 125. & B. Walth. Officin. Bibl. Repos. po-  
ster. de Script. S. p. 1037. In Novo verò Testamento  
quicquam de rebus fidei aut religionis prophetico modo  
revelatum fuisse Evangel. & Apostolis prius ab adversa par-  
te est probandum (γ) quod HEBR. I, 2. Deus dicitur ulti-  
mo nobis per Filium locutus. Ubi per quandam εἰς ιωσην  
munus Christi Propheticum à munere Prophetarum V. T.  
discernitur, non quā doctrinæ substantiam, sed circumstan-  
tiā & revelandi modum ; huncque in Prophetis fuisse  
πολυμερῶς (h.e. secundum gradus intensionis & remissionis  
distinctum) καὶ πολυτελόπως (h. e. nunc immediate per  
sonnia & ἐνθεσιασμάς &c. nunc mediate, mediante sc. An-  
gelorum ministerio ; ) Per Christum v. tanquam per ver-  
bum DEI ὑποτηκός nobis κατὰ σόμα quasi DEUM lo-  
cutum, atque sic modo à Prophetarum plane diverso:  
quippe

quippe quod Christus ipse tanquam verus Deus ab æterno decreverit, suæque carni per & propter unionem personalem de mysterio æternæ nostræ salutis communicavit, tanquam ἡ εἰπεῖν προφῆται nobis annunciat & in propria Persona prædicavit. Prophetæ proinde non erant doctrinæ suæ autores, sed tantum Concionatores & legati; Filius DEI autem erat & Legatus & Dominus & Author. Illi loqebantur per gratiosam quandam divinæ σοιας κοινωνίαν II PETR. 1,21. Hic autem καθ' εἰπεῖν τὰ τίς γοιας Joh. x, 30. Unde revelationis modus tempore Prophatarum usitatus, nunc adventante Messia cessasse à Paulo perhibetur. Certe propheticus Revelationis modus Apostolis nunquam contigit sed quod ex ore Christi audierunt, Spiritus S. ipsis in memoriam revocavit, ut idem prædicaverit. Joh. XIV,26. Matth. X,27. (δ) quod dona prophetica data sint pro incredulis juxta I. Cor. XIV,21. Postquam igitur cœlestis, autoritas Evangelio est conciliata, fides hominum non amplius indiget signis, sed super fundamentum proprium collocata perstat inconcusfa, atq; ideo Revelatio Apostolorum, quidni potius Prophetarum V. T. ex mente Apostolici oraculi omnino exspiravit, Conf. B. Hunn. Comment. in h.l. Loc. Commun. VI, p. m. 479. Et nonne (ε) temporibus Apostolorum extraordinaria illa virtus quoad dominum lingvarum & medicationum paulatim cessavit, quanto potius modus Visionum? Apollo, celebris ille Corinthiorum Doctor non ex immediata illuminatione, sed Aquilæ & Priscillæ informatione cognitionem μεγαλεῖας της θεᾶς obtinuit, Act. XIII, 26. Nec minus Timotheus Episcopus Ephesiorum sine peculiari raptu per assiduam à puerō Sacratum Literarum lectionem Theologiæ cognitionem assecutus est. Qvando (ζ) dicimus στεικόδομη γένε-

in super fundamentum Prophetarum & Apostolorum  
**Ephes. II,20.** h.e. super eorum doctrinam Scripturis  
comprehensam, ecqvid contra hanc *ιποκροδομήν* non de-  
linquimus, qvando **Revelationes** extraordinarias cir-  
ca cognitionem salutis expectamus, affectamus aut accio-  
pimus? Huc facit (4) qvod Christus ipse Matth. 24,  
23. in ultimis ante extremum diem diebus venturos fal-  
sos Prophetas, qvi dicturi: **Ecce hic est Christus!**  
**Ecce**, illic est atq; gnaviter monet, ut ne credamus, eti-  
amsi magnis signis atqve prodigiis sua dogmata qvasi ex  
divina revelatione acceperint confirmare satagant. Qvo  
ausu igitur extraordinarias **Revelationes** admitte-  
mus? Quid? qvod (9) Judas Epist. v,3. scribit: *ἀπεξ*  
**tradita est sanctis fides** i.e. doctrina fidei. Ubi ma-  
gna emphasis, judicante **FLACIO**, in voce *ἀπεξ* est, qvā  
**Apostolus** nihil aliud indicare voluit quam semel plene  
& sufficientissime fidem traditam esse, nec ullas novatio-  
nes admittendas haud dubie ob diabolum, qvi subinde ve-  
ritatem novis additamentis corrumpere laborat.

**§. XIV.** Qvam 3.) etiam otiosum & non ne-  
cessarium sit Visionum Enthusiasticarum studi-  
um probat indubitanter Scripturæ S. perfectio,  
cui plane nihil deest, qvod ad sufficientem & salutarem  
nostræ in fide & moribus informationem reqviritur cui eti-  
am id propter nihil addendum, nihil detrahendum. Di-  
cimus sane *ἱς σωτὴρ αὐτοφίσι* è Scripturis S.II.Timoth.  
III t 5. qvid ergo præter has ad Sophianistam sacram nobis  
adhuc necessarium erit? Complectuntur autem illæ omnes  
modos, qvi ad perfectam sophias informationem requi-  
tuntur, sc. *διδασκαλιαὶ ἀληγονοὶ, οἰπαρέζωνται* & *παιόνια τὰ*  
ii

et daturum sc. qualem ad vitam piam ac justam requiritur,  
quid aliunde iidem requirendi: Etsi inde αὐθεντός τοῦ  
θεοῦ seu Minister Ecclesiae est ἀρχις, imo ἴζητομένος ad  
omne opus bonum i. e. omnibus numeris perfectus &  
absolutus aut secundum debitam symmetriam ac propor-  
tionem instrutus, ut tam se ipsum, quam suos auditores  
salvare possit I. Tim. IV, 16. quidni quoque inde quilibet  
fidelis ad ejusmodi perfectam σωτηρίαν perduci poterit, qua  
in fide vitāque tum erga DЕum, tum erga proximum de-  
center atque sufficienter informetur? Quid propter etiam  
Apostolus Corinthios monet I. Corinth. IV, 6. ut nequid  
ultra sapiant quod scriptum est. Plane Gal. I,  
9. eidem anathema dicit, qui aliud forsitan Evan-  
gelium annunciat, praeter quod Galatæ ab ipso  
acceperint, utpote qui non subterfugit quo mi-  
nus omne consilium DEI de hominum sc. sa-  
lute suis auditoribus annunciarit, Act. XX. 27.  
Cum igitur de perfectione Scripturæ S. nobis nullum  
sit dubium, inde contra necessitatem Visionum En-  
thusiasticarum ita argumentamur: Aut Visiones  
dictæ sunt necessariæ, ideo, ut iis nova dogmata,  
quaे in sacris non sunt revelata atque expressa,  
nobis revelentur; aut quaे in illis revelata sunt,  
commodiori modo proponantur & inculcen-  
tur. Non priori modo necessariæ sunt, sic enim  
Scriptura S. imperfectionis argueretur: Nec  
posteriori modo, hoc pacto enim destituta ha-  
cenus fuisset Ecclesia commodo informandi  
modo & per consequens male DЕus fecisset, qui

hunc modum, tollendo sc. Visiones, tam diu Ecclesiæ denegasset. Et ut ne Visionistæ hic objiciant, ob futurum Ecclesiæ statum necessarias esse Visiones, attendendum 1.) quod idem è sacris in specie ex Apocalypsi colligi possit; nec 2.) ejus ipsius præcognitio adeo necessaria sit, multo minus sub periculo salutis & 3.) de hujusmodi Visionibus non nullam hic movere questionem, imo qua cautelâ admittenda sint, in §. X. notavimus.

### §. XV. Et cui bono attentuntur Visiones?

Numquid 4.) utilitatem Ecclesiæ præstabunt, ut proportione temporis & necessitatis Scriptura S. ad fidem, mores vitamque in Ecclesia viventium applicetur? Certe hoc præstat Ministerium verbi, quod cum in finem à Christo est institutum, atque integrum ad præsens usque tempus contra tot diaboli tantosque insultus atque tumultus (quod grata mente agnoscimus ac celebramus) est conservatum & quidem sine speciali ac singulari revelationis immediatæ dono, quod alias non parum Ecclesiæ sinceritati periculose fuisset, ut infra docebitur. Etenim quid alias opus fuisset divina dogmata in literas redigere & ordinariis Ministris committere, à quibus illa debito modo ac studio inculcarentur? Aut igitur Visiones immediatæ hoc tempore sunt inutiles, aut Ministerii sacræ labor & ordo, quippe qui tales Visiones nec requirit, nec iisdem indiget. Præterea DEUS ordinem semel a se institutum tamque diu conservatum nunc demum non evacuabit, aut invertet, ut loquitur B. Lutherus Tom. 3. Jhn. fol. 148. Quinimo ejusmodi Visiones in Ecclesia alium usum non habent, quam ut Scripturam S. in

com-

contemptum protrahant. Ubi verbum DEI accipitur, quid  
opus est novellis Visionibus, quæ potius ad infideles  
pertinent juxta I. Corinth. IV, 21? Quidia Carpus Dio-  
nysius, Vincentius, Gregorius Thavmaturgus aliqui in  
ter infideles vixerunt, visionibus claruerunt. Etsi hodie-  
num Christianis inter gentiles viventibus eadem contin-  
gerent, nullam id nobis in Ecclesiâ faceret regulam. DE-  
US est immutabilis, quid ergo præter Scripturam S. quæ  
in Ecclesia sovetur atque docetur, visiones extraordina-  
rias exspecto?

§. XVI. Nec à veritate aberramus, si s. ) affirmemus,  
visiones Ecclesiæ periculofas & perniciosas esse.  
Sane (α) si per illas orthodoxia sincere ac commode trans-  
plantari & inculcari potuisset, frustra superinduxisset Spi-  
ritus S. Scripturam S. Quam ultra duo millia annorum à  
condito mundo non vulgavit & ex solis immediatis reve-  
lationibus populum in doctrina salutis erudiri curavit.  
Cum autem obvarias Diaboli præstigias vix ac ne vix qui-  
dem orthodoxia salva conservaretur, sapientissimum Nu-  
men per Scripturam S. huic malo occurrentum consul-  
tum duxit. Qvoniam Hæreses (verba sunt Theo-  
phylacti) pullulaturæ erant, quæ mores nostros  
depascarentur, opere premium visum fuit, ut  
scriberentur Evangelia: quia, discentes verita-  
tem ex illis, non deciperemur ab hæresium  
mendaciis. Unde autem nascebantur illæ, nisi è præ-  
textu immediatae & extraordinariae Visionis.  
Hæ frequentissimum fuerunt Hæresium Seminium  
quibus homines a verbo DEI vel in totum prius aliena-  
re studuit callidissimus Hæresiarcha; l. in tantum, quo  
minus illi soli inhæcerent. Veritatis autem fonte l. corru-  
pto

ptol. suspecto, qvid mendaciis postea non licebit? Per  
**Donatistarum Visiones** adeo multis imponebat, ut  
ab his Mirabiliarii illi ja&titarentur, uti testatur Au-  
gustinus Tr. 3. in Johann. & l. 3. de unitat. Eccl.  
cap. 16. Nec minus per Severum, a qvo Severiani,  
horrendi illi Hæretici nomen acceperunt, de qvo videri  
possunt **Centuriat: Magdeb.** Cent. 2. l. 3. c. 15. p.  
77. Quid Messiliani aliud ja&titabant, qvam Visiones?  
Videatur Histor. Tripart. l. 7. c. 2. Per qvid Ma-  
humedicæ superstitionis Architectus Saracenis per-  
fvasit, ut religionum dissidia tollerent & concordiam do-  
ctrinæ inirent, qvam ipse illis præscriberet, nisi qvod in  
hanc rem prætenderet, se habere Enthusiasmos &  
**cælestia colloquia?** Quid Papatum ad tantum  
Scripturæ S. contemptum tantamqve idolomaniam perdu-  
xit atqve seduxit, qvam VISIONES? Quid præterea se-  
culo tum superiori tum præsenti VISIONES parturive-  
rint monstri §. 4. fuse recensitum fuit. Non difficile est  
(β) perversissimo animarum aucipi in Angelum Lucis  
**se transformare** II. Cor. XI, 14. sub specie boni  
nuncii se præsentare, futuraqve nunc ex conjectura, nunc  
ex causarum necessiarum collectione, nunc etiam inter-  
dum ex revelatione qvocunqve modo accepta atqve per-  
cepta, prænunciare, veluti eorum ὑπόδειγμα ipse sacer-  
codex I. Sam. XXIX, 14. sqq. nobis exhibet. Con-  
ferri in super potest Act. XVI, 16. qvod de ancilla apud  
Philippenses vaticinatrice refertur. Quid mirum ergo,  
si idem per ejusmodi Visiones hic & nunc qvippiam  
futurum vere prædicat? Qui vero talem prædictionem  
ita per eventum probatam, pro divina judicaret, quantum  
qvæso

qvæso erraret ! Nec (*y*) DEO est ignota fraus Diaboli,  
qui ideo à Visionibus abstinebit, eo quod Ecclesia e Scripturis S. sufficienter informati potest, illi ut ne ansam dare etiam suas supposititias ingerere atque Christianorum non paucos se ducere. Qvatenus autem (*z*) Diabolo interdum permittit, ut sub prætextu **Visionum** divinarum hominibus imponat ingratitudinis erga DEI verbum pœna est omnino. Freqvens inter Christianos hodiernis moribus datur verbi div. fastidium, idque tanto potius, quanto nunc à majori exercitu **Evangelistarum** prædicatur, & quasi imber benignus super hæretidatem DEI effunditur Psalm. LXIX, 10. 12. Quidni DEUS idem & cum hoc contemptum suæ benignitatis, veluti Mannæ in Israelitis Numer. XI, 6. seqv. vindicabit ? Quomodo hoc ? jam denunciavit PAULUS his verbis : **Q**uod charitatem veritatis non accipiunt, ideo mittit illis operationem erroris, ut credant mendaciis, ut judicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniqvitati. II. Thess. II, 10. 11. 12. Eaq; propter (*e*) quibus in locis verbum Dei ejusque præconium à Persecutoribus ejicitur, nunquam & nusquam illius defectum DEus Visionibus immediatis compensavit, ut per has Ecclesia verbo DEI destituta informaretur & confirmaretur. Cur sic vero ? Nimirum ut hic etiam fraus diaboli evitaretur & declinaretur. Novitatis studiosissimi sunt homines, ut ideo inusitati docendi modi, novellaque dogmata illorum auribus κύριον s. pruritum perfacile moveant, juxta II. Tim. IV, 3. Etsi præsens Pauli locus cum hodiernis temporibus conferatur, ejus inpletionem citra difficultatem judicabit.

Proinde

**P**roinde (¶) **Visionibus immmediatis nec ædificatur nec reædificatur, qvin potius turbabitur Ecclesia.** Modus docendi consuetus, isqve divinitus introductus variatur; **Omnis autem mutatio periculosa est.** Verbum DEI despe-  
ctus traditur, quasi I. insufficiens sit ad nostri sufficien-  
tem informationem, vel alio defœtu labore, ob qvam illas  
introducere necessum sit. Nec minus qvoqve ministerium  
sacrum, tam qvâ vocationem, qvæ ut mediata est, eidem  
ficta illa **Visionistarum immediata ab imperitis & sim-**  
**plicioribus sine difficultate qvâdam præfertur;** tum qvâ  
eius officium 'elenchiticum qvod communiter à **Visio-**  
**nistis** culpatur, quasi vel minus sufficiens & efficax sit ad  
movenda corda Auditorum, vel tanto cum fervore, quo  
par est, non tractetur, aut necessitas requirit. Et cum à  
cordatis Ecclesiæ Ministris ejusmodi Satanæ ludibria ju-  
sto Zelo meritoqve ex factis impugnantur à **Visionistis**  
vix aliud qvam tota plausta convitiorum atqve injuria-  
rum reportant. Vid. B. Dn. D. OLEARIUS in der treu-  
herzigen Berwahrung vor dem verführerischen Geiste der neuen  
**Schwermer Anno 1669.** Lipsiæ p. 33. ubi num. II. adducit  
qvendam anonymous **Visionistam**, qui concionatores  
appellavit: **Schriftgelehrte/die den Teufel haben / und ihren**  
**eigenen Kopff folgen / weiln sie ihm nicht vor einen Propheten**  
**hielten ; Sie hätten Gottes Wort nur in den Munde / aber**  
**das Herz wärne ferne davon.** **Qvomodo etiam his gemella**  
**contra qvendam Ecclesiæ Hallensis Ministrum publice**  
**concionantem certus qvidam studiosus Pictista atqve**  
**Visionista publice evomuerit, non sine totius audito-**  
**rii insigni perturbatione & indignatione, jam longe lateq;**  
**innotuit. Num qvid ista cuncta fiunt cum incremento Ec-**  
**clesiæ ? Imo (¶) cum tales **Visionistæ plerumqve sim-****  
**plices**

plices esse soleant, & in specie ex genere fœminino, qvam facile a diabolo decipiuntur? utpote qvibus propter simplicitatem fraus necdū adeo cognita est atqve perfecta ut qvæ diabolicæ sunt tentationes, pro divinis sibi imaginentur, non aliter uti SAUL sub specie SAMUELIS redivi- vi decipiebatur. I. Sam: xiiii, 14. 15. Siccine per Priscillam & Maximillam diabolus decepit Montanum & Novatianos? qvi & Tertullianum, ut animam hominis esse corpoream inde probare conteneret. Tanta enim palliare specie suas præstigias μυριούχην valet ut difficulter haud raro a Doctis, nedum ab indoctis, num boni malique spiritus loquentes aut apparentes sint discerni possint. Quid si (9) aliquis eo audaciæ deducatur a Satana ut qvod ipse fraudulenter & ad fal- lendum effinxit, quasi divinitus acceperit, perhibeat? Sa- ne ab hodiernis motibus tale qvid alienum plane non erit! Nec (1) absurdī qvid affirmabimus. si in Visionistis causam ecstaseos & inde natarum Visionum probabili- ter statuamus. Melancholiā, sive hæc ex conditione naturæ, sive ex operatione Diaboli hominem invaserit. Quid enim eadem nunc in somniantibus, nunc in vigilan- tibus efficere possit, inter Eruditos peregrinum non est. Contigit sane, teste Cœlio Rhod, itemqve Johanne Sperlingio Instit. Phys. l. 2. c. 4. de Magia, qvæst. 8. alium se vas figulinum affirmare, alium gallum, aliud exbutyro se compactum somniavit, eaqve proper ignem accedere noluit, ne à calore liqvescat. Nec saga- rum ad nocturna comitia transportationes verè aliæ sunt, qvam imaginariæ, qvas per excitatam in ipsis qvandam melancholiā diabolus ita fallit, ut verè ad illa se fuisse delatas cibis & choreis refeatas persuafum habeant.

D

Nihil

Nihil tam ridiculum, inquit laudatus Sperlingius, & ineptum est, qvod non melancholici sibi interdum imaginentur. Accedit, qvod Protealus in Elench. Hæret. l. 5. Hæres. 12. scribit: Competunt esse, qvomodo Enthusiastæ somno & tradiderint, & somnorum Phantasmata Prophetias appellarint.

§. XVII. Imo nihil dubitamus (6) afferere Visiones Enthusiasticas prorsus in N. T. abrogatas esse, idqve autoritate Apocal. c. XXII, 18. Ubi sub gravi comminatione prohibetur, ne qvis aliquid apocalypticum addat, homogeneam sc. θεοπνευσίας aut Visionis immediatæ autoritatem præ se ferens. Quid qvæso ita? Certe si vel maxime ad solas dogmaticas haberetur respectus, satis staret nostra sententia; qvatenus autem ad historicas qvoqve, qvod liber apocalypticus evincit, qui non solum dogmaticus, sed etiam historicus est, & qvæ de futuris Ecclesiæ fatis a Daniele delineata sunt, a Johanne luculentiori visione præformantur eamqve ob causam fusori penicillo designantur, sic tanto firmior in loco alleg. radices agit. Non legitur in Sacris Apostolorum Successores per enthusiasmū aut extraordinariam qvandam revelationem eruditos, sed tum ex institutione aliorum Doctorum Actor. XIIIX, 26. tum ex assidua sacrarum literarum lectione II. Timoth. III, 13. Probandum prius donum lingvarum & medicationis post Apostolorum tempora solum abrogatum fuissc, non sic vero lumen propheticum. Quid ergo hodierno adhuc tempore ejusmodi peculiares raptus expectabimus? Et qvoniā

im-

**immediata ad docendum vocatio** sublata est, certe  
**Visiones immediatæ sublatæ quoque sint, oportet;**  
ut poterit quæ **immediatam vocationem** præ se ferunt, **veluti ad eandem Visionistæ etiam provocant.**  
**Habemus per DEI gratiam Ordinarium verbi divini Ministerium,** quod ad aliud nihil, quam ad solam Scripturam sacram docendam alligatur, quo jure, quo praetextu quoque ausu **Visiones immediatas vel expetimus vel accipiamus?** Quid tales prorsus in Ecclesia, postquam in hanc Ministerium ordinarium introductum est, abrogatas esse indubitato credamus? Nec N. T. cōditio **Visiones** istas admittit, ut notitia rerum futurarum (nec dum factorum dogmatum) ex **immediata revelatione** haurienda, ad extremum usque diem duret; nisi absurdè statuamus, post extremum diem quædam in mundo futura, quæ per **immediatas revelationes** prænunciari possint ac debeant?

s. XVIII. Quod (7) Hæreticis **Visiones** haud raro sint familiares atque *ἰδιώτατον* quasi ipsorum *κενσφυγετον*, opus non est, ut prolixè hic probemus, quandoquidem veritas hujus asserti ex §. III. & XVI. fatis patescit. Videlicet quoad illi probe intellexerunt, vel in conscientia convicti fuerunt, è Saeris suas *κωδοξιας* nec probari nec defendi posse, utpote è quibus tam facile rejiciuntur, quam sine iisdem objiciuntur. Postquam ZWINGLIUS erroris sui præsidium circa verba Cœnæ, quo substantialem carnis & sanguinis Christi sub pane & vino præsentiam negabat, in sacris Scripturis non reperiebat idem in **Visionibus** quæsivit, interserens, sibi à nocturno quodam monitore revelatum, copulam EST in verbis

**Christi: Hoc est corpus meum, per h̄ò significat**  
**exponi debere, dubitavit autem num ater vel albus mo-**  
**nitor ille fuerit? Frustra vero! Qvis enim alias quam ater**  
**Spiritus contra Scripturam S. aliqvid revelabit? Qvia**  
**monasticum vitæ genus in verbo DEI nullum habebat**  
**fundamentum, per Visiones & somnia commendatum**  
**fuisse testantur Centuriatores Magdeb. Cent. VII,**  
**c. 13. p. 579. sqq. ubi etiam ex Bedæ libr. 4. Hist.**  
**Eccl. multa exempla adducuntur.**

**§. XIX. Adsurditas quoque(8) harum Visionum**  
facile dignoscitur. Absurdum quippe est(a) DEum qui a-  
lias justissimus est cordis autor, & tenacissimus conserva-  
tor ordinem à se institutum & tot secula conservatum ci-  
tra ullam necessitatem & utilitatem immutare & aliqvid  
extraordinarii introducere, quo ipso vix aliud efficere-  
tur, quam quod Ecclesia turbaretur. Aut enim in Visio-  
nibus illis, quæ proponuntur, in Scripturis S. tanquam  
in dogmatum fidei principio ὁμοίως καὶ μοναχότω sunt ex-  
pressa aut non. Si prius, quid aliud statuendum de VI-  
SIONIBUS, quam quod frustra super inducantur! Sin  
posteriorius, oppido hoc pugnabit cum decantata solida  
Scripturæ. S. perfectione. (β) Absurdum est, quod dum  
DEUS ipse nos ad solam Scripturam S. circa dogmata fi-  
dei cognoscenda remisit, nunc forsitan mentem suam mu-  
tavit, ut ad extraordianarias Visiones nos revocare  
convesceret. (γ) Absurdum est, DEUM suam Ecclesi-  
am tantis errorum discriminibus expositurum, quantis ex-  
poneret, si eidem novas revelationes offerret &  
commendaret. Neque enim ignotum est, vix quicquam  
magis & orthodoxæ & Ecclesiæ noxiū fuisse, quam  
Visionum

Visionum fragmenta. (δ) Absurdum est DEUM suos fideles à canone fidei ad quipiam apocryphum, ab authentico, ad dubium, ab infallibili ad fallibilia a perspicua litera ad obscuram, à luce ad tenebras deducturum. Prioris generis est Scriptura S. posterioris vero sunt Visiones. Qvam obscuris verbis Visionistæ suas Visiones exponere soleant, non solum Anabaptistarum & Quackerorum exempla testantur, verum etiam **Virgo illa Nobilis**, qvæ Anno 1691. in Hamburgium vicinia suas, qvas agitabat, Visiones verbis maxime obscuris atque ambiguis significavit, se ipsam prodidit, qvo Spiritu agitaretur, scil. non veritatis, sed mendacii qui in obscuritate verborum involucra mendaciorum & latibula quærere contendebat. Qvod si doctrina Visionistarum vera est & in Scriptura S. fundata, qvid Visionibus opus est? Num qvid credendum, qvod consensu & autoritate Scripturæ S. destituitur? Huic omnino, qui non credit, multo minus Visionibus fidem ulla ex parte adhibebit, (ε) Absurdum est DEUM post habitis Viris Doctis, & qvos ipse sua gratia ac benedictione in literis Sanctis erudit, atque erudiri curavit, committere officium docendi Personis indoctis & in S. Scripturis vel parum vel nihil versatis, quales sunt ancillæ Pietistarum, Visiones jactantes. (ζ) Absurda est, confusio Clericorum cum Laicis, quatenus ex Discendibus fiunt Docentes & ex Docentibus Discentes, idque tamen ex divino mandato, cuius Vero ne minimum quidem in Sacris habetur vestigium; non minus quam si Paterfamilias servitia servorum & ancillarum ita confundere vellet, ut quæ servorum sunt ancillis, & quæ ancillarum servis committeret.

D3

Cont.

**Conf. B. Luthér. de hoc fuisus differentem**  
**Tom. III. Jhn. Germ. fol. 181. a. b. (n)** Absurdum  
est munus docendi à DEO nunquam in N.T. sexui fœmi-  
neo concessum & à Paulo prorsus interdictum, I. Tim.  
II, 12. I. Cor. XIV, 34. & nunc demum à DEO intro-  
duci. Hinc Tertull. de velandis virginibus:  
Non permittitur mulieri in Ecclesiâ loqui, sed  
nec docere, &c. Et concilium IV. Carthagin.  
c. 99. Mulier quamvis docta & sancta Viros  
in conventu docere non præsumat. Nec est quod  
hīc objiciatur, mulieri à Paulo concedi, ἵνα προφητεύῃ  
I. Cor. XI, 5. Item quod in V. T. legantur Mirjam  
Exod. XV, 20. Debora Iud. V. uxor Esaiæ c.  
VIII, 3. Hulda II, Reg. XXII, 14. Prophetasse; In  
N.T. Hanna Luc. II. Filiæ Philippi Act. XXI, 9.  
aliæque. Nam (1) si intervenerint dona heroica (2)  
necessitas stricta s. defectus Virorum, imprimis Ministro-  
rum Ecclesiæ, quæ circumstantiæ extraordinariam docen-  
di licentiam sexui fœminino nondenegant; sed probent  
casdem de Visionistis Visionum Promachos oportet.  
Notissimi sunt dieti sexus inordinati affectus atque defe-  
ctus, v.g. animi levitas, judicii infirmitas, credendi facili-  
tas, ut licet in quibusdam mulieribus δύναμις διδακτη  
detur, iisdem tamen ideo ἐξουσία ob datas rationes non  
facile concedenda. Annon insuper αὐστρον esset, mulie-  
rem in Ecclesia docere, & eam quoque subjectam esse  
veluti ex Gen. III, 16, & I. Cor. XIV, 34.  
evidenter intelligitur. Notetur hīc quid B. Luthe-  
rus Tom. II. Wittenberg, fol. 366. scribit:  
Bir

Wir lassen ieho solches anstehen / was solche Weiber in alten Ze-  
stament vor Recht gehabt zu lehren und zu regieren / sie habens  
freylich nicht / als die Schleicher unberussen noch aus eigener An-  
dacht und Dienst nicht gethan / sonst hette Gott ihr Amt und  
Werck nicht bestediget mit Wundern und grossen Thaten. Aber  
in N. T. ordnet der heilige Geist durch S. Paulum, daß sie sollen  
schweigen in der Gemeine oder in der Kirchen / und spricht . Es  
sey des Herrn Geboth/ ic. Et Paulo post : In der Gemeine  
oder Kirche/da das Predigt-Amt ist/ sollen sie schweigen und nicht  
predigen / sonsten mögen sie wohl mit beten/singen/loben und Al-  
men.sprechen/und daheim lesen und sich untereinander lehren und  
ermahnien. Absurdum est (9) per novellas rationes tenta-  
re velle,qvod per Scripturam S. non obtinetur : qvan-  
doqvidem hoc, ut constat, sua autoritate radiat , illæ vero  
nec qvicqvam. Absurdum est (1) DEum instituere , ut  
novellis revelationibus Christiani in fide in vita , infor-  
mentur, apud qvos tam copiose & abundanter habetur  
verbum DEI scriptum & prædicatur. Denique (2) absur-  
ditatem Visionistici erroris etiam hoc argumentum  
ostendit: Aut Spiritus S. datur per verbum DEI  
externum, aut sine eodem. Non per verbum , huic  
cinnm opponitur ενθεοτατος, qui sensus externos , qvam  
diu durat, omni sentiendi actu exuit, & per consequens  
auditum,audiendi. Ubi autem verbum DEI sensu exter-  
no excipi nequit,per idem quoque Spiritus S. minime  
dabitur. Ergo forsitan dabitur sine verbo ? Ecce ! Ana-  
baptistarum delirium, qui Spiritum S. sine verbo externo  
contingere sentiunt. Confess. Art. 5. minister. Eccl.  
Et ut ne modus hic extraordinarius obvertatur, proban-  
dus iste prius de Visionibus Visionistarum. Da sie  
hestu den Teuffel/inquit Luth. T.3. Jen. Germ. f. m. 90. a.

Daß

Daf̄ er das enſſerliche Wort nicht achtet / und gar nicht will ha-  
ben zum Vorlauffe des Geistes. Da wisse dich vor zu hütten und  
ſen gewiſſ/daf̄ diese Propheten von Teuffel ſind / & fol. 69. a.  
**G**Ott handelt mit uns auff zweyerley Weife. Einmahl enſſer-  
lich/ das andere mahl innerlich. Enſſerlich handelt er mit uns  
durchs mündliche Wort des Evangelii und durch die lieblichen  
Zeichen/ als da ist Tauffe und Sacrament: Innerlich handelt  
er mit uns durch den heil. Geiſt und Glauben / ſamt andern Ga-  
ben. Aber das alles dermaßen und der Ordnung/ daf̄ die enſſer-  
lichen Stücke ſollen und müssen vorher gehen/ und die innerlichen  
hernach/ und durch die enſſerlichen kommen. Also daf̄ ers beſtſt leſſ  
ſen hat/ keinen Menschen die innerlichen Stücke zu geben / ohne  
durch die enſſerlichen Stücke/ denn er will niemand den Geiſt und  
Glauben geben/ ohne durch das enſſerliche Wort und Zeichen ſo er  
dazu eingesetzt hat.

**§. XX.** Qvod deniq; (9) Visiones hodiernæ ad-  
versentur (a) Libris Symbolicis patet ex allegato Art.  
**V. August.** Conf. in quo Anabaptistarum error, uti  
dictum perstringitur, qvo Spiritum S. sine verbo externo  
contingere ſomniant. Deinde ex Articulo VII. Apo-  
log: de numero & uſu Sacram. p. 202. ubi itidem  
Fanaticorum εὐθυνατῶν & Anabaptistarum ſomnia atque  
illuminationes, quas illi fingunt atque expendant, impro-  
bantur. Item Artic. Smalcald. Part. 3. Art. 8. de  
Confessione p. 331. & 332. Qvin etiam in Artic.  
3. Catech. maj. in Epitom. Articulor. Artic. 2. de  
Lib. Arbitr. n. 3. p 579. Et ejusdem Solida Decla-  
rat. Artic. 2. de Lib. Arbitr. p. 581. 655. 668. 678.  
(B) contra Patrum & hodiernorum γινομένων, orthodoxorum  
Theologorum ſententiam. Ex illis, ut Irenæum, Cy-  
prianum, Gregorium & alios brevitatis cauſa præ-  
tereamus,

tereamus, audiamus saltem Augustinum contra Politianum ita: In rebus fidei post constitutum canonem nec revelationibus nec miraculis præter aut contra Scripturam S. credendum est. Multa enim talia finguntur ab hominibus. Etsi non fingantur, præmonet tamen Scriptura, ne illis contra verbum DEI credamus. Et licet tempore Bernhardi Visiones ab Episcopis Papæis non parvæ estimarentur, tamen quid de iis judicavit BERNHARDUS ex ipsius verbis, quæ §. III. adduximus, intelligi potest. Quid quoq; LUTHERUS, ejus verba, quæ passim notavimus, testabuntur. Tantum hoc loco audiemus adhuc, quid Enarr. in Genes. Tom. II, fol. 197. b. scribit: Martyres, sive Angelorum apparitionibus solo verbo confirmati mortem oppetiverunt pro nomine Christi, cur non eidem & nos acquisamus? Et post pauca: Ego igitur non curo Angelos & soleo DEum quotidie precari, neque veniam ad me mittat quacunq; de causa. Qvod si afferret alius, non audirem, sed adversarer: nisi de politica quâdam necessitate aliquid significaret, & tamen haud scio, an in tali casu auscultare & credere velim. &c. Neque aliter, uti dictum, nostrates Theologi γνωστος-orthodoxi. Nullus enim ex his (1) in rebus fidei & conscientiæ immediatas revelationes audiendas; nec (2) illis ad extremum usq; diem Visiones futuras statuit atq; concedit, quod passim ex eorum scriptis, quæ adduximus sine difficultate constabit. Præter illos ut & qui in superiori seculo vixerunt

E

Philippus

Philippus Mel. Justinus Menius, Urbanus Regius, Nicolaus Amsdorffius, Henricus Dirpius qvi varia contra novellos Prophetas seu Anabaptistas scripserunt videatur  
**Dn. D. Keslerus Cas. Consc. c. 3.** Dn. D. Balduinus in Casib. ut & Comment. in Epist. 2. ad Corinth. p. 606. Gießenses Tom. 8. Disp. Gerhard. in Disp. Acad. Dn. D. Hunnius contra Weigelianos, Thumii Weigelianismus, B. Wilhelmus Lyserus de Prophetiis Disp. pecul. Ministerium Hamburgense von Obader. Greuel & qvæ idem una cum Ministerio Lubecensi & Lueburgensi anno, 1645. & anno, 1656, contra Christianum Hoburgium, Weigelianismi Hyperaspidem edidit, aliosqve non paucos. Stat ergo nostra sententia contra novellas VISIONES, qvod sint falsæ & improbandæ.

**§. XXI.** Sed videamus etiam, qvæ pro suis visionibus defendendis Visionistæ obvertant. Communiter urgent dictum Joelis II. sed ad hoc super §. XII. fuit responsum. Præterea præsidium qværunt in verbis Pauli Ephes. I. 17. ubiprecatur, ut DEus Domini nostri JEsu Christi, Pater gloriæ det Ephesiis Spiritum Sapientiæ & revelationis in agnitione ejus, illuminatos oculos cordis, ut lcient, qvæ sit spes vocationis eorum &c Hic autem non de immediata sed de mediata Apocalypsi fieri sermonem, obscurum certe est minime. Caro & sanguis non revelant nobis mysteria divina, sed Pater Christi, qvi in cœlis est. Math. XVI, 17. Precatur itaque Paulus Spiritus S. gratiam Ephesiis qvâ ipsorum mens, alias per peccatum originis corrupta ac obtenebrata, cœlesti fulgore irradetur atque illuminetur, ut ita pulsis tenebris virtute illius fulgoris verum DEum salubriter agnoscant, & qvæ in Christo recondidit

pro

pro communi hominum salute beneficia, eaqve sibi profutura indubitato sperent. Nec minus quando Ephes. IV, 11. Apostolus recenset, qvæ & qvam egregia munera Christus in Triumpho suæ ascensionis in cœlos inter homines distribuerit, qvibus Ecclesia ædificaretur & conservaretur, dum dedit qvosdam Apostolos, qvosdam Prophetas, alios Evangelistas, &c. Qvos alias vero per Prophetarum nomen, qvam Scripturæ S. interpretes s. dono interpretandi Scripturam pollentes, hic intelligere possumus: eo qvod tales hoc nomine in N. T. designantur Rom. XII, 6. I. Cor. XII, 11. XIII, 29. XIV, 29. Etsi in V. T. eodem notati fuerint futurorum nuncii, qvæ ex revelatione divina acceperunt Hujus generis Prophetas vero adhuc hodie esse, negari nequit. Qvod si tamen in sensu antiquo s. in vet. T. usitato accipiendi essent Prophetæ, ejusmodi futurorum nuncios etiam circa prima secula N. T. fuisse ultro fatemur, sed hodierno tempore adhuc esse, nihil nos movet, ut affirmemus; qvin potius, qvod cum munere Apostolorum & Evangelistarum & illorum exspirarit, statuendum.

§. XXII. Par ratione nihil obtinent, quando ad verba Christi Joh. XVI, 13. provocant, dum ait: Cum venerit autem Spiritus ille veritatis ducet vos in omnem veritatem. Nam si ad solos Apostolos spectat illa promissio, frustra ad Visionistas applicatur. Sin vero non ad solos, sic ad omnes fidèles, nulloque jure sibi solis Visionistæ vendicare poterunt.

§. XXIII. Frustra quoque ad Esaiæ LIX, 21. Matth. XXIX, 20. confugiunt. Qvippe qvod hic ad revelationem immediatam atqve ideo ad præsentiam Dei solis Prophetis, propriam habeatur respectus, probandum prius. Qvin in priori potius agitur de conservatione verbi divini & Ecclesiæ

eleſiæ per verbum; In posteriori promittit Christus præſentiam suam Apostolis eorumq; Successoribus gratiſam tum in obeundâ functione, tum in cunctis necessitatibus. Veluti autem non omnes Apostoli officium Propheticum exercuerunt, multo minus eorundem Successores. Sic ad hoc promissio Christi fruſtra extenditur.

§. XXIV. Ceterum & rationibus Visionistæ pugnant, & qvidem (1) Perpetuitatem divinæ bonitatis omnipotentiæ & liberrimæ voluntatis objecit anno, 1644. D. Joh. Fabricius, Superintend. Stetinensis. Qvæſi verò donum lingvarum & sanandi ægrotos temporibus Apostolorum uſitatum minus fuisſent bonitatis divinæ effeſtus, qvam donum revelationum. Quemadmodum autem illius ceſſatio perpetuitati bonitatis divinæ non aduersatur, qvomodo eidem adverſum erit, qvatenus Visionum donum ceſſasse dicitur.

§. XXV. Ab aliis urgetur (2) corruptus Ecclesiæ, maxime qvâ mores, status. Hunc autem per novelias Visiones corrigendum divinitus persuadere conantur. Nonne vero hoc facilius Ecclesiæ Ministri & qvidem qvi officium epanorthoticum præſtarent, niſi calum impietatis Auditores obducerent. Et qvi illos non audit, multominus novellos Prophetas audiet. Luc. XVI, 31. Conf. II. Petr. I, 19. Pl. CXIX, 9. & II. Huc pertinent verba LACTANTII, qvando scribit: Qui ambitione inflati &c. etſi Solem ipsum gestemus in manibus, fidem nō commodabunt doctrinæ, qvæ illos jubet, omni potentia & honore contemto humiles vivere atq; ita humiles, ut & accipere injuriam possent, & referre nolint, ſi acceperint.

rint. Ji sunt homines, qvi contra veritatem clausis oculis latrant.

§. XXVI. Etiam (3) prodigiis, qvæ in creaturis tum animatis tum inanimatis interdum contingunt, qvib⁹ futuræ clades alias præfigantur, sibi qvoddam præsidium pollicentur, sed frustra! Qvæ enim ab illis ad Visiones erit consequentia? Qvando misericordiaꝝ divinæ commodum videtur etiam per αλογα homines ad pœnitentiam sollicitare, nihil hoc pro novelis Prophetis. Imo etiam illa prodigia probe examinanda sunt, annon in fraudem Ecclesiæ Satanæ sint fœtus? Nam qvomodo h̄c in bello, pestè & aliis calamitatibus suas præfigias & delusiones exerceat, in comperto est.

§. XXVII. Sed qvid (4) dicemus de Visionistarum (z) precibus assiduis, (β) vita pia & (γ) de hoc, qvod ipsorum revelationes sint de rebus sacris? Resp. Nonne dæmon se transformare potest in Angelum lucis II. Cor. XI, I4? Forsan nunquam diabolus docuit pro suo commodo. Vid. Luth. Tom. Isleb. p. 322. Nonne falsi Prophetæ in vestitu ovium adveniunt? Math. VII, 15. Qvi & qvalis fuit ille Spiritus, qvi copulam, EST in verbis cœnæ per γò significat exponendam Zwinglio revelavit? Vere qvi hanc Apocalypsin cum regulis hermeneuticis confert, genuinum autorem protinus animadvertis. Imo nihil versutius, nihilqve periculis est Hagidæmone. Duplici qvippe via præcipue verbum Evangelii Satanas impugnare contendit; altera manifestum ejus se ostendit hostem, idqve per manifestam ψευδοδοξιαν; altera amicum se illius astute simular, dum ὄμοια λαλεῖ, αὐθόμοια Φρουτ. Nunquam autem atq; hâc no-

centior est. Hinc Spiritus, ut circumspete probemus,  
jam dudum hortatus est Johannes, I. Epist. IV, I.

§. XXVIII. Dicunt tamen (5) Moribundi interdum, suas habent revelationes, quidni & alii? Resp. Sed quod illas vulgent, prædicent, habeant, probandum omnino. Nec Ecclesiam ejusque statum concernunt, sed propriam aut personam aut familiam.

§. XXIX. Unde autem (6) instant, illa ἐκσαπεῖ nisi præsentia Spiritū S. interna & ab eo impressa sensibusq; internis repræsentata revelatio omnē sentiendi actum ab externis corporis membris ad internos sensus revocaret? Unde sudor fere sangvineus, qvij interdum in ecstatis appetet? Resp. per instantiam: Unde Qvackerorum & aliorum Fanaticorum ecstasis? Unde in Pythia Delphica, quam post ἐξεστί & summum membrorum paroxysmum jam ante tria millia annorum responsa dedisse, gentilium histoiæ referunt atq; testantur. Imo in Pseudopropheticis & sacrificulis olim ejusmodi ἐκσάπει usitatas fuisse, ex sacris, præcipue Jerem. L, 30. colligi potest, ut dicitur, quod Babylonii divinatores בְּאַיִתִים הַחַלֵּל in suis terriculamentis glorientur, rectius (juxta Hebræum quod proprie juxta Buxtorffium, s. καὶ ἀνθρώπους juxta Schind. in Lex. Pent. insanire significat) insaniant, aut insano impetu ferantur, quandoquidem à suis idolis formidabilibus, B. Lutherus: erschrecklichen Odysen/tali terrore percutiebantur, ut quasi præ metu οὐφρόνες mentisq; vix compotes viderentur. Conf. Joh. Conr. Dietric, Antiqv. Bibl. in Deut. XII, 3. p. 264. b.

Huc

Huc spe&at, qvod isti idolorum Ministri dii fuerint  
כְּמַרְאָה, qvod inter alia ardere flagrare significat, qvasi ardentes seu flagrantes, eo qvod in cultu idolorum ita fuerint, exp̄s̄ correpti, ut qvasi ardentes affectibus & inflammati apparuerint. Conf. Hof. VII, 7. Qvin & ejusmodi εὐτασία inter Indorum sacrificulos frequentem esse hinc inde historiæ perhibent. Qvā verò arte magica & pulvere magico Qvackeri εὐτασία cum adjuncto tremore excitare soleant, prolixe videri potest in dem Platonisch=Hermetischen Christenthum M. Ehre Gott Daniel Colberg. c. 7. Bon der Qvackerey n. II. p. 249. Ubi idem ex Lassenii Historisch=und Schriftmäßige Erörterung der neuen Secte der Qvack. recenset. Præterea qvidni in melancholicis, maxime sc̄eminini sexus præstare potest Phantasia, cui facile auxiliatrices qvasi manus porrigit pavor conscientiæ tum ex fulmine legis divinæ, qvod maxime vibrant PIETISTÆ, tum ex studio implendi legem, qvod itidem jactitant, excitatus, indeq; facile commovenda atra bilis. Qvantq; sudorem saltim subflavum suisse visum αὐλόπλευ teſtentur. Sed de hoc commodius Medicorum qvam nostrum expectandum judicium. Sit insuper penes autorem fides, cum multa qvæ non sunt, non raro dicantur esse. Nam a lumine vere Prophetico s. divino tales sudorem ecstaticum aut sudoriferam εὐτασία l. immediate l. mediata exprimi, ne cogitandum qvidem nedum statuendum. Facile aliás à Satana simplicium oculi ac mentes fascinantur & decipiuntur.

§. XXX. Cum igitur ex his abunde constet, qvam improbae monetæ sint modernæ Visiones, non minus qvam Qvackerorum aliorumq; Fanaticorum,  
dcte-

deterstendas atqve ideo in Ecclesia minus tolerandas es.  
sc, inde firmiter colligitur, prout idem nunquam non eti-  
am post fata laudandus B. Dn. D. JOH. OLEARIUS  
in der treuherrigen Warnung von dem verführerischen Geist der  
neuen Schwärmeren und Offenbahrung fusissime docuit &  
demonstravit. Ex animo autem rogamus Benignissimum  
omnis veræ illuminationis Patrem in cuius lumine infini-  
to vera atq; unica ad salutem illuminatio nostra recum-  
bit, nos gratioſo ſui verbi lumine irradiare dignetur, ut in  
eodem verum ſalutis lumen videamus; Principis tene-  
brarum ad fraudem compositas tenebras advertamus &  
caveamus, ne in illas ſub ſpecie cujusdam illuminationis  
incauti incidamus, ſed tanquam filii lucis conſanter in  
vera luce vivamus & ambulemus! Qvorum vero mentes  
Pseudophosphorus eheu! jam occupavit, ut dum ſe illu-  
minatos fraude diaboli opinantes, in mediis errorum te-  
nebris omnino palpitant, ex iisdem Pater æternus per il-  
luminantem ſuam χειραγωγίαν ad veram lucem perducat  
atqve illuminet, ut non niſi αὐτοφῶς illud fidei Principi-  
um, qvod lucerna quædam eſt pedibus nostris & lunen  
ſemitis nostris ad extrellum lucis hujus usqve momen-  
tum ſeſtentur, donec luce ista per præſentem tenebrarum  
vallem duce ad ſempiternam, illam lucem omnes perve-  
niamus, in qua nullæ prorsus tenebrae, Patremqve lumi-  
num ſine fine οὐδὲ πέρισσως omnes videbimus, atqve in  
illâ, hoc eſt, beata luce æternum ambula-  
bimus! Fiat!

**SQLI DEQ GLORIA!**

Datum der Entleihung bitte hier einstempeln!



3 A 10206

